Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



ant mihi qui aduersant mihi iniqua
qui oderunt me gratis & annuit oculis.
Quia mihi quidem pacifice loquebant:
et in iracundia terre loquentes dolos
cogitabant. Et dilatauerunt super me
os suum: dixerunt euge euge viderunt
oculi nostri. Vidisti dne ne sileas: dne
ne discedas a me. Exurge et intende
iudicio meo deus meus: et dns meus in cau-
sam meam. Iudica me secm iusticia tuam
dne deus meus: et non supergaudeat mihi.
Non dicant in cordibus suis euge euge
animo nre: nec dicant deuorabimus eu
Erubescant et reuereantur simul: qui
gratulantur malis meis. Induantur
confusione et reuerentia: qui magnifica
locuntur super me. Exultent & letent
qui volunt iusticiam meam: et dicant semper
magnificetur dns qui volunt pacem serui
eius. Et lingua mea meditabitur iusti-
ciam tuam: tota die laudem tuam. Ps
Dixit iniustus vt delinquat in semet-
ipso: non est timor dei ante oculos
eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius.